



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3. Vtrum in primo instanti conceptionis fuerit à verbo assumptum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

poris motus localis materię ad locũ generationis. **F**
AD QVARTVM dicendum, q̄ augmentũ sit per
 potentiam augmentatiuam ipsius, quod augetur:
 sed formatio corporis sit per potentia generatiua,
 non eius qui generatur, sed ipsius generantis ex se-
 mine, in quo operatur vis formatiua ab anima p̄ris
 deriuata. Corpus autem Christi non fuit formatũ
 ex semine viri (sicut supra dictũ est*) sed ex opera-
 tione Spiritus sancti, & ideo talis debuit esse forma-
 tio, vt Spiritus sanctus deceret. Sed augmentũ cor-
 poris Christi fuit factum fm̄ potentiam augmentati-
 uam aĩa Christi, quã cum sit specie conformis aĩa
 nostrã, eodem modo debuit corpus illud augmen-
 tari, sicut & alia hominum corpora augmentatur,
 vt ex hoc ostenderetur natura humanã natura.

ARTICVLVS II.
Super Quæstio. 33. Vtrum corpus Christi fuerit animatũ in primo instanti sue conceptionis.

T Iulius, de anima
 to intellectuã
 anima, querit,
 ¶ In corpore una est
 conclusio: corpus Chri-
 sti in primo cõceptio-
 nis instanti fuit ani-
 matum anima ratio-
 nali. Probat: Filius
 Dei concipitur ex
 Spiritu sancto, ergo
 dum conciperetur af-
 fumpit corpus, ergo
 animatum anima in-
 tellectiua. Antecedes
 est in Symbolo. Pri-
 ma consequentia pro-
 bat, quia aliter non
 attribui posset filio
 Dei conceptum esse:
 secunda vero, q̄a af-
 fumpit corpus me-
 diante anima, & ani-
 mam mediante spiri-
 tu, id est intellectu, ut
 patet ex superiorib⁹.

A D SECVDVM sic procedit.
 Videtur, q̄ corpus Christi
 non fuerit animatum in primo
 instanti sue conceptionis. Dicit
 enim Leo Papa in Epistola ad
 Iulianum. *Non alterius nature
 erat caro Christi, quã nostra;
 nec alio illi quã ceteris homi-
 nibus anima est inspirata princi-
 pio: sed aliis hominibus non in-
 funditur anima in primo instan-
 ti sue cõceptionis, ergo nec cor-
 pori Christi aĩa debuit infundi
 i primo instanti sue cõceptionis.

¶ 2 Præt. Anima, sicut quilibet
 forma naturalis, requirit deter-
 minatam quãtãtatem in sua ma-
 teria: sed in primo instanti con-
 ceptionis corpus Christi nõ ha-
 buit tantam quãtãtatem, quan-
 tam habent corpora aliorũ ho-
 minum, q̄n animantur, alioquin
 si continue fuisset postmodum augmentatum, vel
 citius fuisset natum, vel in sua natiuitate fuisset maio-
 ris quãtãtatis, quã alij infantes: quorum primum
 est contra Aug. *4. de Trin. ubi probat eum spatio
 nouem mensium in utero Virginis fuisse: secundũ
 autem est contra Leonem Papam, qui in sermone
 Epiphaniã dicit, quod Magi inuenerunt p̄erum Ie-
 sum in nullo ab humanã infantia generalitate dif-
 cretum. non ergo corpus Christi fuit animatum in
 primo instanti sue conceptionis.

¶ 3 Præt. Vbicumq; est prius & posterius, oportet ef-
 se plura instantia: sed secundum Philof. *in li. de ge-
 neratione animalium, in generatione hominis re-
 quiritur prius & posterius: prius enim est viuũ, &
 postea animal, & postea homo. ergo non potuit a-
 nimatio Christi perfici in primo instanti sue con-
 ceptionis.

S ED CONTRA est, quod Dam. *dicit in 3 lib. Si-
 mul caro, simul Dei uerbi caro, simul caro animata
 anima rationali & intellectuã.

RESPON. Dicendũ, q̄ ad hoc quod conceptio
 ipsi filio Dei attribuitur (vt in Symb. *constemur,
 dicentes, Qui conceptus est de Spiritu sancto) neces-
 se est dicere, q̄ ipsum corpus Christi, dum concipe-
 retur, esset a uerbo Dei assumptum. Ostensum est
 autem supra, q̄ uerbum Dei assumptum sit corpus me-
 diante anima, & animam mediante spiritu, id est in-

tellectu: unde oportuit, quod in primo instanti con-
 ceptionis corpus Christi esset animatum anima ra-
 tionali.

A D PRIMVM ergo dicendum, quod principium
 inspirationis anime, potest considerari dupliciter.
 Vno modo, secundum dispositionem corporis, &
 sic non ab alio principio inspirata est anima cor-
 pori Christi, & corporibus aliorum hominum: si-
 cut enim itatum formato corpore alterius homi-
 nis, infunditur anima, ita fuit in Christo. Alio mo-
 do potest considerari dictum principium, solum
 secundum tempus, & sic quia prius tempore forma-
 tum fuit perfecte corpus Christi, prius tempore fuit
 etiam animatum.

A D SECVDVM dicendum, q̄ anima requirit
 debitam quãtãtatem in materia, cui infunditur, sed
 ista quãtãtatem quãdam latitudinem habet, quia &
 in maiori & in minori quãtãtate saluatur. Quanti-
 tas autem corporis, quam habet, cum primo sibi
 infunditur anima, proportionatur quãtãtati perfe-
 ctã, ad quam per augmentum perueniet, ita scilicet,
 quod maiorum hominum maiorem quãtãtã-
 tem corpora habent in prima animatione. Chri-
 stus autem in perfecta ætate habuit decetẽ, & me-
 diocrem quãtãtatem, cui proportionabatur quan-
 titas quam corpus eius habuit in tempore, quo a-
 liorum hominum corpora animantur, minorem
 tamen habuit in principio sue conceptionis: sed ta-
 men illa parua quãtãtatem non erat tam parua, ut in
 ea non posset ratio animati corporis conseruari,
 cum tali quãtãtate quorundam paruorum homi-
 num corpora animantur.

A D TERTIVM dicendum, quod in generatio-
 ne aliorum hominum locum habet, quod dicit
 Philofoph. * propter hoc quod successiue corpus
 formatur, & disponitur ad animam: unde primo,
 tamquam imperfecte dispositum, recipit animam
 imperfectam, & postmodum quando perfecte est
 dispositum, recipit animam perfectam: sed corpus
 Christi propter infinitam uirtutem agentis fuit per-
 fecte dispositum in instanti, unde statim in primo
 instanti recepit formam perfectam, id est animam
 rationalem.

ARTICVLVS III.
Super Quæstio. 33. Vtrum corpus Christi in primo instanti sue conceptionis fuerit a uerbo assumptum.

T Iulius prima
 facie superflua
 tare p̄glesiã,
 quia iam in precede-
 ti articulo assumptũ
 & probatum est, &
 dum conciperetur cor-
 pus Christi, assump-
 tum est. Venuta-
 men si conspectum
 fuerit, quod proprias
 habet difficultates p̄
 positio ista, quã ma-
 nifestata est ad fun-
 dandũ antedicta, non
 superfluitati, sed per-
 fectioni doctrinã at-
 tribuitur, quod specia-
 liter mota sit quæ-
 stio de articulo isto.
 ¶ In corpore articuli
 unica est conclusio,
 Caro Christi est si-
 mul concepta, & as-
 sumpta a uerbo. Pro-
 batur

A D TERTIVM sic procedit.
 Vt q̄ caro Christi prius fue-
 rit concepta, & postmodum as-
 sumpta. Quod enim non est, nõ
 potest assumi: sed caro Chri per
 conceptionem esse incepit. ergo
 vt q̄ fuerit assumpta a uerbo
 Dei, postquam fuit concepta.

¶ 1 Præt. Caro Christi fuit assu-
 mpta a uerbo Dei mediãte anima
 rationali: sed in termino conce-
 ptionis accepit animã rationa-
 lem, ergo in termino cõceptio-
 nis fuit assumpta: sed in termi-
 no cõceptionis dicitur iã con-
 cepta, ergo prius fuit concepta,
 & postmodum assumpta.

Gregar. 1.

q. d. 3. q. 5. ar.
 2. ad 3. & 4.
 cont. c. 44. &
 45. ad 2. &
 opa. 3. c. 223.
 & 224. & 10.
 2. 1. 15. & c. 2.
 1. c. 1.
 Sit epi. 1. ad
 Jul. epi. Co-
 ensem nõ re-
 mote a filii.

1. 4. ca. 5. to. 3.
 In ferm. 4. cir-
 ca med. illi
 incip. hic er.
 Iulium & ra-
 tionabile.

1. 2. c. 4. to. 4.

lib. 3. c. 2. a
 med.

In Symb.

q. 6. art. 1.

1. 4. ca. 5. to. 3.

1. 2. c. 4. to. 4.

1. 4. ca. 5. to. 3.

lib. 3. c. 2. a med.

banur dupliciter. primo ex proprietate loquendi supra definita: secundo deducendo ad inconueniens. Probatio prima est, quia illa est propria, Deus factus est homo, non autem ista, homo factus est Deus: hoc enim loquendi proprietatem significat id, quod est hominis non praexistisse, ac per hoc carnem non prius fuisse quam assumptam esse. Ratio autem ad inconueniens est: Si caro Christi fuisset prius concepta, quam assumpta, & habuisset aliquando propriam hypostasim, prae Verbo hypostasim, & sic antequam incarnationis non fuisset secundum hypostasim, aut destructa fuisset propria carnis hypostasim in assumptione. Hoc secundum est inconueniens, primum autem est contra mysterium incarnationis, ergo contra fidem edicere, carnem Christi prius conceptam, quam assumptam.

Adhuc hic, quod quia fides nullum in dicit inconueniens alterendum, ideo secundus inconuenientibus responsum datur (quae semper pro ex dicitur habentur sunt) Auctor concludit positionem hanc esse contra fidem, utpote talem, ex qua sequitur aliquid contra fidem incarnationis: sequitur enim, non esse hanc unionem hypostasim inter verbum & humanam naturam secundum se, & eius essentielles partes: ac per hoc in triduo mortis Christi, quando caro erat separata ab anima, non fuisset uerum dicere, quod filius Dei est in sepulchro, quia hypostasim corporis non fuit hypostasim filij Dei.

¶ 3 Præ. In omni generato prius tempore est id, quod est imperfectum eo, quod est perfectum, ut patet per Philolophum in 9. Metaphysic. * sed corpus Christi est quiddam generatum, ergo ad ultimam perfectionem, quae consistit in unione ad uerbum Dei, non statim in primo instanti conceptionis puenit, sed primo fuit caro concepta, & postmodum assumpta.

SED CONTRA est, quod Aug. * dicit in lib. de fide ad Petrum, Firmissime tene & nullatenus dubites, carnem Christi non fuisse conceptam in utero Virginis, priusquam susciperetur a Verbo.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est) proprie dicimus Deum factum esse hominem, non autem proprie dicimus, quod homo factus sit Deus: quia scilicet Deus assumpsit sibi id, quod est hominis, non autem praexistit id, quod est hominis, quasi per se subsistens antequam susciperetur a uerbo. Si autem caro Christi fuisset concepta, antequam susciperetur a Verbo, habuisset aliquando aliquam hypostasim praeter hypostasim Verbi Dei, quod est contra rationem incarnationis, secundum quam ponimus uerbum Dei esse unitum humanae naturae, & omnibus partibus eius in unitate hypostasim: nec fait conueniens, quod hypostasim praexistens humanam naturam, uel alicuius partis eius, uerbum Dei sua assumptione destrueret. & ideo contra fidem est dicere, quod caro Christi prius fuerit concepta, & postmodum assumpta a uerbo Dei.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod si caro Christi non fuisset in instanti formata, seu concepta, sed per temporis successione, oporteret alterum duorum sequi, uel quod assumptum nondum esset caro, uel quod prius esset conceptio carnis, quam eius assumptio: sed quia ponimus, conceptionem in instanti esse perfectam, consequens est, quod in il-

A sicut quod perfectum Dei uerbum in perfectionem naturam nostram sibi assumpsit, secundum illud Ioan. 6. Descendi de celo.

ARTICVLVS III.
Vtrum conceptio Christi fuerit naturalis uel miraculosa.

AD QVARTVM sic procedit. ¶ 1 q. conceptio Christi fuerit naturalis. Secundum. non conceptionem carnis, Christus dicitur filius hominis, sicut & uerus & naturalis Dei filius, ergo eius conceptio fuit naturalis.

¶ 2 Præ. Nulla creatura producit operationem miraculosam: sed conceptio Christi attribuitur beate Virgini, quae est pura creatura: dicitur enim quod Virgo Christum concepit, ergo videtur quod non sit miraculosa conceptio, sed naturalis.

¶ 3 Præ. Ad hoc quod aliqua transmutatio sit naturalis, sufficit quod principium passuum sit naturale, ut supra habitum est: sed principium passuum ex parte matris in conceptione Christi fuit naturale, ut ex dictis patet. * ergo conceptio Christi fuit naturalis.

SED CONTRA est, quod Dion. dicit in Epistola ad Caium monachum: * super hominem operabatur Christus ea, quae sunt hominis: & hoc monstrat Virgo supernaturaliter concipiens.

RESPON. Dicendum, quod (sicut Amb. * dicit in li. de incarnatione) multa in hoc mysterio, & sicut naturam inuenies, & ultra naturam. Si. n. consideremus id, quod est ex parte materiae conceptus quam mater ministravit, totum est naturale. Si uero consideremus id, quod est ex parte uirtutis actiuae, totum est miraculosum: sed quia unum quodque magis iudicatur sicut forma, quam sicut materiam, & similiter sicut agens, quam sicut patiens, inde est, quod conceptio Christi debet dici simpliciter miraculosa & supernaturalis: sed secundum aliquid naturalis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Christus dicitur naturalis filius hominis, in quantum habet naturam humanam ueram, per quam est filius hominis, licet eam miraculose habuerit: sicut caecus illuminatus, uidet naturaliter per potentiam uisum, quam miraculose accepit.

AD SECUNDVM dicendum, quod conceptio attribuitur Virgini beatae, non tamquam principio

¶ Super Questionis trigesima secundae, Articulum quartum.

T Itulus quaerit, an simpliciter & absolute conceptio Christi fuerit naturalis uel miraculosa. Constat enim quod in conceptione aliquid fuerit naturale, & aliquid miraculosum: sed quaeritur, an fuerit simpliciter, & absolute miraculosa.

¶ In corpore una est conclusio, habens duas partes. Conceptio est simpliciter miraculosa, secundum aliquid naturalis. Declaratur & probatur. Declaratio est ex auctoritate Ambrosij, quae exponitur, quia ex parte materiae ministratae a matre est naturalitas, ex parte uirtutis actiuae est supernaturalitas. Probatio est, unum quodque magis iudicatur secundum formam, & agens, quam materiam, & patiens, ergo conceptio Christi est simpliciter miraculosa & secundum quid naturalis.

¶ A uerte hic, quod quia ut in secundo traditur Physicoium, forma ex parte agentis se tenet, ideo Auctor formam agentis coniunxit in probatione, licet in declaratione solus actiuae uirtutis meminisset. Rursus ad uerte, quod Auctor ad rem spectans, non curauit discutere tertium membrum, scilicet quod illa conceptio nec naturalis nec miraculosa simpliciter est, sed secundum aliquid miraculosa, & secundum aliquid naturalis. Ratio enim allata in litera, non solum concludit quod magis est miraculosa, quam naturalis: sed sufficiens est ad concludendum, quod est simpliciter miraculosa, quoniam iudicium simpliciter, & absolute habendum de re, secundum formale similitur, ut in litera fit. Et ideo ad rem, hoc est ad uim medi spectando

3. dist. 2. q. 2. art. 2. Et 4. contr. c. 45. Et quol. 6. q. 10. Et opul. 3. ca. 22. u. que 223. Et lra. 7. lect. 2. princ.

q. prec. ar. 4. q. 32. artic. 4.

In epist. quae incipit. Quae rursus quidem circa med. illius.

Cap. 6. circa med. 10. 2.

li. 6. text. 13. tom. 1.

c. 16. in prin. tom. 1.

q. 16. artic. 2. & 7.

loco citat. in argum.

di. 1. q. 2. & dist. 2. q. 2. c. 44. 2.

Cap. 10. 3.